Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Vulpibus Simsonaeis Ex Jud. XV.4

Gebhardi, Brandanus Heinrich
Taege, Gottfried

Gryphiswaldiae, 1718

VD18 11425202

Thes. V.

urn:nbn:de:bsz:31-130372

Visual Library

Resp. Cum probari non possit שועלים denotare *manipulos*, nihil his ambagibus erat opus. Falsum est זנב proprie notare *extremitatem*. Sumitur hoc, non probatur. *Caput esse, caudam esse*, proverbialiter dicitur. Deut. XXV. 13. XXVIII. 44. Es. IX. 13. XIX. 15. Est autem proprium Proverbiorum tropis fulgere. Si זנב proprie notat *extremitatem*, ראש proprie notabit *summitatem*. Qvid dictu hoc audacius? Sexcenta fere sunt loca in qvibus ראש *caput* notat, qva fronte statui potest metaphora in locis illis omnibus. Si non tantum usus, sed & ortus in explorando vocis sensu consulendus est, an etiam radix *extremitatis* notionem confirmat? Periit radix in Hebræo, exstat adhuc in Arabismo. At ibi *pingvis fuit* notat, non *extremus fuit*. Et certo optime a pingvedine denominatur cauda, siqvidem certum, qvod circa caudam carnes sint pingviores & delicatiores. Accedit, qvod cum זנב Behemot tribuitur Job. XL. 12. non extremitatem, sed caudam significet sine omni tropo. Deniqve tam זנב, qvam אליה *caudam* notat. Utrumqve etiam caudam a pingvedine denominat, at differentia est ratione gradus. Illud caudam vulgari pingvedine præditam notat; hoc autem caudam valde adiposam, qvalis est arietum & ovium in Oriente ex אלי *magnam amplam & valde adiposam caudam habuit*. In Oriente enim oves tam obesas caudas habent, ut minimæ decem vel duodecim libras, maximæ interdum ultra qvadraginta pendant. Vid. Job. Lud. in Hist. Æthiop. L. I. c. 10. Boch. Hieroz. L. II. p. 494. Golius in rad. אלי.

THES. V.

Cum ergo & exemplorum inductio & textus circumstantiæ sensum vulpis in voce שועל *confirment, temerarium est, ea damnata, ipsi velle indere manipuli notionem.*